

Porro

Rp. Acidi sulfurici Anglici concentr. P. 4

Aquae quantitate aequali dilutas.

Utrumque paretur ex tempore et seorsim dispensetur.

Fumigationes Chlori

Ph. Germanicae.

Ad fumigationem fortiorem Sal culinare cum pari pondere Mangani hyperoxydati mixtum Acidi sulfurici crudi partibus duabus, antea aquae parte una dilutis, superfundatur.

Ad fumigationem mitiorem Calcariae chloratae cum aqua ad pultem mixtae Acetum addatur.

Suffumigatio Guytoniana.

Rp. Salis culinaris 250,0

Mangani hyperoxydati 100,0

Acidi sulfurici crudi 200,0

Aquae 200,0.

Sal culinare et Manganum hyperoxydatum commixta et in vas fictile immissa aqua superfundantur et supra foculum ferventem collocantur, deinde Acidum sulfuricum addatur.

Quantitates supra notatae ad fumiganda metra cubica centum sufficiunt. Ph. Gall.

Fumigatio cinnabarina.

Fumigatio mercurialis.

Rp. Cinnabaris P. 2

Olibani P. 1.

M. f. pulvis grossus. In laminam ferream ignitam inspergitur.

Fumigatio foetida**s. antihysterica.**

Rp. Cornu Cervi raspati P. 4

Asae foetidae P. 1.

In pulverem grossiorem conversae et mixtae prunis inspergantur. Fumus inde ortus a mulieribus hystericis inhalatur.

Fumigatio mercurialis fortior.

Rp. Calomelanos praep. P. 1

Sacchari albi

Olibani aa P. 2.

M. f. pulvis.

Fumigatio nitrosa

s. Smithiana. Species ad fumigationem nitricam Smithii.

Rp. Acidi sulfurici Anglici conc. 100,0.

Cante mixta cum

Aquae 50,0

calefiant in patina argillacea prunis ardentibus imposita; tum sensim injice

Kali nitrici crudi pulv. 100,0, cavendo, ne alteram copiam addas, antequam antecedens penitus decomposita fuerit.

Fumigatio sulfurosa.

Suffumigatio sulfurosa. Schwefelrucherung.

Rp. Sulfuris fusi contusi q. v.

In vase fictili ad stratum 5mm crassum extendatur, tum spiritu vini conspersum accendatur. Hoc vas in vas fictile majus imponendum et locus infumandus claudendus est.

Centum metra cubica postulant sulfuris kilogrammata tria ad quatuor.

Ph. Gall.

Pars dimidia quantitatis notatae sulfuris etiam plerumque sufficit.

Furfur Amygdalarum.

Mandelkleie.

Amygdalae dulces degluptae, grosse pulveratae et forti pressione ab oleo pingui liberatae in pulverem fere subtilem transducantur. Ad pulveres cosmetics adhibetur.

Gargarisma antidiphtheriticum

Seifert.

Rp. Chinolini 1,0

Spiritus Vini 50,0

Aquae destillat. 500,0

Olei Ment. pip. Gutt. 2.

M. D. S. Zum Gurgeln.

Gargarismata.

Gurgelwasser. Mundspulwasser.

Gargarisma aluminatum s. adstringens. Aluminis 5,0 et Mellis ro-

sati 50,0 solvendo misceantur cum infusi 250,0, parati e petalorum Rosae rubrae 10,0. *Ph. Gall.*

Gargarisma aluminatum glycerinum. Paretur modo quo Gargarisma aluminatum, cui addantur Glycerini 50,0.

Gargarisma antipharyngiticum (in pharyngitide) *Gerhardt*. Kali chlorici 10,0, Aq. dest. 150,0, Tinct. Guajaci 10,0. Cochlear unum diluatur aquae 1000,0 ad gargarizationem.

Gargarisma antisepticum. Corticis Chinae rubrae 10,0. Coque cum aqua, ut colaturae sint 300,0, quibus addantur Mellis rosati 25,0; Spirit. camphorati 5,0; Elixirii acidi Halleri 2,5.

Gargarisma antisepticum phenylatum paretur modo quo gargarisma antisepticum, nisi quod loco Spiritus camphorati Acidi carbolici 1,0 sumatur.

Gargarisma antisyphiliticum (Smithii). Hydrarg. bichlorati corr. 0,05, Extracti Opii 0,2; Lactis vaccini 50,0; Mucilag. Gummi Arab. 25,0; Mellis depurati 30,0; Decocti seminis Hordei exorticati 250,0.

Gargarisma cum Borace paretur eo modo quo Gargarisma aluminatum. *Ph. Gall.*

Gargarisma cum Kali chlorico *Ph. Gall.* Kali chlorici 5,0; Syrupi Mororum 50,0; Aquae destill. 250,0.

Gargarisma cum Kali chlorico commune. Kali chlorici 10,0 solv. in Aquae destill. 500,0.

Gargarisma depurgativum s. antiputridum s. cum Kali hypermanganico. Kali hypermanganici 1,0 Aquae destillatae 1000,0 solvatur.

Gargarisma emolliens. Seminis Hordei 5,0, Aquae q. s. Coque, donec semina dissulta sunt. Colaturae 250,0 admisce Mellis depurati 50,0. *Ph. Gall.*

Gargarisma odontalgicum. Collutorium antidontalgicum. Infusi Pyrethri 100,0; Aquae Menthae piperitae 100,0; Aquae communis 100,0; Tincturae Opii 3,0.

Gas anaestheticum

(Sauer).

Rp. Chloroformii 20,0.

Guttatim adde hunc liquorem mixturae gasiformi

Nitrogenii oxydulati cum Aeris atmosphaerici aa Litris 5, quae mixtura folliculo cautschukiano inclusa est. *Usus*: Inter operationes dentarias a dentiste celeberrimo Saueri semper eventu bono adhibitum est.

Gaza jodolata.

Carbasus jodolata. *Jodolgaze.*

Rp. Jodoli

Colophonii pulv. aa P. 1.

Contrita, in cucurbitam vitream ingestam superfunde

Glycerinae P. 1

Spiritus Vini (96 %) P. 10.

Sepone per diem unum, saepius agitando. Liquore hoc carbasus impraegnata in aëre siccet, tum statim in vas vitreum ingestam loco a luce remoto servetur.

Gazeolum.

Gazeol.

Rp. Liq. Ammonii caust. (20 %) 100,0

Benzoli (anthracini)

Acetoni aa 10,0

Naphthalinae 1,0

Picis liquidae 100,0.

Macerando agitandoque mixtio efficitur, tum lagenae quatuor hoc liquore impleantur et dense obturantur. *Usus*: Gas e lagena tepefacta evadens inhalatur (tussis convulsiva, catarrhus bronchialis chronicus etc.). Loco hujus medicaminis Olfactorium anticatarrhicum Hageri in usum perventum est.

Gelatina

Balsami Copaivae.

Balsamum Copaivae solidificatum.

Rp. Balsami Copaiv. P. 5

Cetacei P. 1.

Leni calore colliquatae loco frigido seponantur, ut refrigerent.

Gelatina ad capsulas medicinales.

Gelatinaleim zur Darstellung der Kapseln.

I. Hartlein.

Rp. Gelatinae albae

[1] Gummi Arabici pulverati

Sacchari albi pulv. \widehat{aa} 30,0
 Mellis depurati 10,0
 Aquae destillatae 100,0.
 Calorē balnei aquae fiat solutio.

II. Leim für elastische Kapseln.

Rp. Gelatinae albae 50,0

[²] Gummi Arabici
 Sacchari albi \widehat{aa} 15,0
 Glycerinae 12,5
 Aquae 80,0.

Calorē balnei aquae fiat solutio.

Gelatina Cornu Cervi.

Gelatina Cornu Cervi acidula.
 Gelatina animalis.

Rp. Gelatinae siccae albae pur. 6,5.

Coquendo solve in
 Aquae fervidae 70,0.

Tum admisce
 Sacchari albi 15,0
 Vini Rhenani 6,0
 Succi Citri 4,0.

Colaturae fervidae 100,0 dentur ad
 ollam et seponantur, donec refrigerint.
 Sit gelatina limpida, coloris ex flavido
 albi, odoris expers, saporis grati.

Ph. Gall. Cornu cervi rasp. aqua
 tepida abluti 250,0, Aquae 2000,0,
 Sacchari 125,0. Decocto albumine ovi
 clarificato et evaporando satis concentra-
 to adde succum fructus Citri unius.

Gelatina Cornu Cervi amygdalata.

Gelatina amygdalata. *Blanc-manger.*

Rp. Gelatinae Cornu Cervi 100,0
 Amygdalarum dulc. 10,0
 Sacchari 5,0
 Aquae Aurantii flor. 2,0.

In mortario porcellaneo calefacto con-
 tundantur Amygdalae degluptae una
 cum Saccharo et Aqua Aurantii flo-
 rum; supra pulvem affundatur Gelatina
 calida et miscela super foco aliquan-
 tisper reponatur, donec liquescat. Dein
 per pannum cola, leviter exprimendo.

Gelatina glycerinata Zinci dura Unna

ad parationem cereolorum, bacillorum,
 stylosum, suppositoriorum etc.

Rp. Gelatinae

[¹] Aquae destillatae
 Glycerinae \widehat{aa} 30,0
 Zinci oxydati 10,0.

Misce l. a.

Gelatina glycerinata Zinci mollis.

Rp. Gelatinae 15,0

[²] Aquae destill. 45,0
 Glycerinae 25,0
 Zinci oxydati 15,0.

Misce l. a.

Gelatina Helminthochorti.

Rp. Helminthochorti P. 10

Lichenis Caragaheen P. 2

Ichthyocollae P. 1

Aquae q. s.

Coque usque ad colaturam P. 30,
 quibus adde

Sacchari albi
 Vini albi \widehat{aa} P. 20.

Liquor semel ebulliat et coletur,
 dein seponatur, ut refrigeret.

Ph. Gall. Algae Helminthochorti,
 aqua ablutae 30,0, Aq. q. s. Decocti
 colati 200,0. Solve Sacch. 60,0, Col-
 lae piscium 5,0 et adde Vini albi 60,0.
 Coque, donec gelatina efficiatur, cola.
 Pondus gelatinae aequet 125,0.

Gelatina Lichenis Caragaheen

s. Fuci crispi.

Gelatina Carrageen. Gelatina Sphae-
 rococci.

Rp. Fuci crispi 10,0

Aquae communis 400,0.

Coque per semihoram calorē balnei
 vaporis et exprimendo cola. Additis

Sacchari 20,0,

evapora inter agitationem continuam,
 donec supersint 100,0. *Ph. Germanica.*

Ph. Gall. Carragah. aqua oblut. 60,0.
 In colaturae 250,0 solve Sacch. 125,0.
 Evaporando ad 250,0 redactis adde
 Aq. Aurantii flor. 10,0.

Gelatina Lichenis Islandici amara.

Rp. Lichenis Islandici P. 1.

Aqua ablutum coque cum
 Aquae P. 10
 ad colaturam Partium 4.
 Per linteam fortiter exprime, tum solve

Sacchari P. 1.

Coque in syrupum, qui despumatus refrigeratione in gelatinam cogatur, cujus pondus exaequet

Partes 4.

Gelatina Lichenis Islandici edulcorata.

Gelatina Lichenis Islandici *Ph. Germanicae*.

Rp. Lichenis Islandici in aqua frigida macerati 30,0

Aquae communis 1000,0.

Coque per horam unam in balneo vaporis et cola exprimendo. Colaturam additis

Sacchari optimi 30,0

evapora inter perpetuam agitationem et spumam removendo, ut supersint 100,0.

Non nisi ad dispensationem paretur. *Ph. Germanica*.

Ph. Gall. Saccharureti Lichenis Isl. 75,0, Sacchari 75,0, Aquae dest. 150,0, Aq. flor. Aurant. 10,0. Gelatinae quantitas 250,0 expleat.

Gelatina Liquiritiae pellucida.

Rp. Radicis Liquiritiae mundatae 40,0.

Affunde

Aquae dest. fervidae 3000,0.

Post horam dimidiam cola. In colatura solve

Gummi Acaciae 1000,0

Sacchari albi 800,0,

tum denuo cola et colaturam evaporando ad dimidium volumen redactam, spuma et pellicula supernatante accurate detractis, misce cum

Aquae Aurantii flor. 40,0.

Tum massam calidam in capsulas chartaceas infunde. Massam solidam in frustula minora scinde. Sit diaphana et e fusco flava. (*Ph. Austr.*)

Gelatina medicamentosa lamellata.

Gelatina lamellaris. Lamellae gelatinosae medicatae.

Rp. Gelatinae albae purissim. 10,0.

Calore balnei aquae solve in

Glycerinae purae 3,6

Aquae destill. 25,0.

Tum admisce substantiam medicamentosam aut pulveratam, aut in aqua vel spiritu diluto solutam, aut cum gummi Arabico et aqua in emulsionem redactam. Mixtum calidum fluidum in laminam metallicam vel tabulam e lapide sectili factam (lineis incisus divisam in partes mille aequales quadratas) et oleo minerali oblitam infunde, ut liquor stratum aequabile praebeat. Hoc stratum loco vix tepido (25° C.) siccetur et siccatum in partes parvas quadratas dividatur. Singulae partes sint 5 millim. longae et 5 millim. latae.

Gelatinae medicamentosae Unna.

componantur e

	Gelatina	
	mollis	dura
Zinci oxydat.	15,0	10,0
Gelatinae	15,0	30,0
Glycerinae	25,0	30,0
Aquae dest.	45,0	30,0.

Incompatibilia sunt: Tannina, Pyrogallol., Hydrargyr. oxydat., quae non admisceantur.

Grammata centum (100,0) massae gelatinosae cum aqua efficienda sunt ex

Amyli	12,0;
Amyli Marantae	10,0;
Collae piscium	5,0;
Cornu Cervi	8,0;
Gelatinae	5,0;
Lichenis Carragah.	10,0;
Lichenis Islandici	20,0;
Tuberis Salep	2,5.

Si massa gelatinosa saccharum continet, pondus corporis gelatinosi quadrante vel parte quinta augeatur.

Gelatina Olei Jecoris Aselli.

Rp. Gelatinae albae 5,0

Aquae destillatae

Syrupi Sacchari aa 30,0.

Solutione calore balnei vaporis effecta, liquori calido affunde

Olei Jecoris Aselli 60,0

Tincturae aromaticae 1,5.

Exacte agita et infunde mixturam in vas, quod in aqua frigida collocata est.

Oleum Jecoris Aselli solidificatum.

Rp. Olei Jecoris Aselli *P.* 60

Cetacei *P.* 10.

Leni calore liquando mixtas loco frigido sepone, ut refrigerent.

Gelatina Olei Ricini.

Rp. Olei Ricini *P.* 8

Cetacei *P.* 1.

Leni calore mixtae seponantur, ut refrigerent.

Gelatina physostigminata Hartii.

Rp. Extracti sem. Physostigmatidis *P.* 1.

Solve in

Spiritus Vini rectifss. *P.* 5

Aquae destillatae *P.* 15

Syrupi Sacchari *P.* 2.

Sepone per diem unum, tum filtra. In liquorem limpidum immitte:

Gelatinae albae *P.* 7

Mucilaginis Gummi Arabici (1 Gummi et 2 Aq.) *P.* 3.

Dein digere, interdum agitando, calore balnei aquae, donec solutio effecta fuerit. Massa adhuc calida penicilli ope mollioris laminae stannaeae vel vitreae large illinatur et loco tepido siccetur, quod repetatur, donec liquor mucilagineus consumptus sit. Lamina sit ejus magnitudinis, ut copia liquoris, quae 0,05 (5 Centigr.) extracti continet, folium gelatineum magnitudinis circiter quadraginta quatuor (44 vel $6,65 \times 6,65$) Centimetrorum quadratorum exhibeat, quod laminae adhuc adhaerens (non plane siccatum) cultri ope in $225(15 \times 15)$ partes dividatur.

Quaevis pars sit magnitudinis circiter 4,4 Millimetrorum quadratorum.

Gelatina Rubi Idaei.

Rp. Gelatinae albae 5,0.

Solutis in

Aquae fervidae 35,0 admisce

Syrupi Rubi Idaei 60,0.

Sepone loco frigido, ut in gelatinam coeant.

Eodem modo paretur:

Gelatina Ribium.

Gelatina Salep.

Rp. Tuberum Salep subtiliter pulveratorum 3,0

Aquae frigidae 30,0.

Conterendo mixtis affunde

Aquae fervidae 50,0.

Digere inter agitationem per semihoram, tum admisce

Syrupi Cort. Aurant. 20,0.

Mixtura loco frigido seponatur, ut congelet.

Gelatina Sambuci

baccarum.

Rp. Succii bacc. Sambuci maturarum pressione obtenti *P.* 1000

Sacchari albi *P.* 250

Ichthyocollae *P.* 5.

Coque, ut sint colaturae *P.* 500, quae despumando et colando depurentur.

Gelatina Zinci

Unna.

Rp. Gelatinae 15,0

Zinci oxydati 10,0

Glycerinae 30,0

Aquae dest. 45,0.

Misce l. a. calore modico.

Gelatina Zinco-Ichthyoli

Unna.

Rp. Gelatinae 15,0

Zinci oxydati 10,0

Glycerinae 30,0

Ichthyoli 2,0

Aquae dest. 43,0.

Misce l. a. calore modico.

Globuli chlorophori.

Chlorum in globulis. *Chlore en boules. Chlorokugeln.*

Rp. Salis culinaris *P.* 5.

Siccatis pulveratisque admisce con-
terendo

Argillae figulinae humidae
P. 5.

Quo facto immisce

Mangani hyperoxydati nativi
pulverati P. 1

Vitrioli martis P. 5

antea pulveratas. Fiat massa, ex qua
globuli formentur, loco tepido siccandi.

Ad usum globulus prunis adjicitur.

Globuli ad Erysipelas

monialium St. Elisabethae.

Elisabethinerkugeln.

Rp. Aluminis P. 4

Ammonii chlorati P. 2

Cretae P. 50

Camphorae P. 1.

Subtilissime pulveratae et mixtae
ope Mucilaginis Amyli in globulos
ponderis Gramm. 15,0 redigantur, qui
loco tepido siccati servantur.

Globuli ad Fomiculos.

Fontanellkugeln.

Rp. Cantharidum pulv. P. 1

Rhizomatis Iridis Florentinae

pulv. P. 15

Dextrinae pulv. P. 3

Aquae q. s.

M. f. pilulae ponderis 0,1 Gm.

Globuli sulfurati.

Boules Barègiennes.

Gp. Calcii sulfurati subtiliter pulv.
360,0

Natrii chlorati pulv. 90,0

Extracti Saponariae 180,0

Glutini fabrilis 90,0

Aquae destill. 300,0.

Glutino in aqua fervida soluto ad-
misce extractum solutum et sales, ut
fiat massa, ex qua formentur globuli
ponderis circiter Gramm. 75,0. Glo-
bulus unus balneis singulis inservit.

Globuli Tartari ferrati.

Globuli martiales. *Boules de Nancy.*
Stahlkugeln.

Rp. Ferro-Kali tartarici pulverati,

e Tartaro crudo parati,
q. v.

Aquae q. s.

Misce. Digerendo fiat massa, ex qua
formentur globuli ponderis Gramm.
45,0 vel ejus magnitudinis, ut globuli
singuli exsiccati sint ponderis Gramm.
30,0. Globuli sicci mucilage Gummi
Arabici parce oblinantur, ut fiant ni-
tentes.

Ne globuli siccando rimas accipiant,
massa semper e Ferro-Kali tartarico
pulverato efficienda est.

Si Ferro-Kali tartaricum e Tartaro
crudo effectum in promptu non habeas,
admisce pulveri e subviridi fuscescenti
Gallarum infusi minorem copiam, ut
globuli sint nigerrimi.

Glonoinum.

Glycerinum nitrosatum. Glycerina ni-
trosata. Nitroglycerina.

$C_3H_5(NO_3)_3 \cdot C^6H_5(NO_2)^3O^6 = 227.$

Rp. Acidi nitrici concentrati (p.
spec. 1,450—1,500) P. 3

Acidi sulfurici conc. P. 6.

Mixtis et ope glaciei usque ad 0° C.
refrigeratis guttatim et inter agitati-
onem admisce

Glycerinae P. 1

vel eam quantitatem, donec guttulae
oleo similes mixtioni innatantes appa-
reant. Cave ne inter instillationem Gly-
cerinae mixtura incalescat, quo modo
explosio evenire possit. Itaque instil-
lare Glycerinam tamdiu cesses, quam-
diu mixtura adhuc tepida est. Bene
agis, si vas mixtionis in altero vase,
aquam frigidam et glaciem continente,
collocas.

Tum liquorem inter agitationem in-
gere in

Aquae frigidioris

volumen 20plex et sepone, donec Glo-
noinum, liquidi spissiusculi instar, in
fundo aquae coierit. Aqua defusa, Glo-
noinum aqua commiscendo et decan-
tando ab acido adhaerente libera, tan-
dem ope infundibuli separatorii sepa-
ratum in

Aetheris (p. spec. 0,720 ad
0,725)

quantitate non nimia solve, et con-
quassando cum Calcio chlorato fuso ab
aqua adhaerente liberatum, tum filtra-

tum calore 25° C. non superante evapora. Operatio ulterior sub divo loco umbroso, atque adhibendo balneum aquae efficiatur. Serva in lagenis minoribus loco frigido. Effic. *P.* 1.

Nota. Glonoinum ad explodendum proclive est et tactu aëris sensim corrumpitur. Quam ob rem Glonoinum in Spiritus Vini rectificatissimi quantitate novie solve et serva loco a luce remoto. Signa: Sumatur 10plum.

Glonoinum parum in aqua (800), facile in Aethere solubile est. Pond. spec. 1,58—1,6. Vis est venenosa.

Dosis: 0,0002—0,0005—0,001 ter quaterve per diem. Conf. Pastillos nitroglycerinatos.

Glutinum zincatum.

Unna's Zinkleim. Verbandleim.

Rp. Gelatinae 10,0.

Solve leni calore in
Aquae destill. 40,0.

Tum admisce

Zinci oxydati 10,0.

Massam adhuc calidam et semifluidam funde in formam aptam, caniculatam, in qua rigescat. *Usus:* Ad ligamenta configenda.

Glycelaum.

Rp. Farinae Amygdal. dulcium excorticatarum teneris *P.* 1

Glycerinae *P.* 2

Olei Olivar. Prov. *P.* 6.

Misce exactissime.

Us. Ad vulnera obliganda.

Glycerina diluta.

Aqua glycerinata.

Rp. Glycerinae purae

Aquae destill. aa *P.*

Misce. *Usus:* Ad confectionem massarum pilularum loco aquae.

Glycerina Plumbi Subacetatis

Ph. Brit.

Glyceritum plumbicum.

Rp. Plumbi acetici 10,0

Plumbi oxydati praeparati 7,0.

Mixta immitte in miscelam paratam e

Glycerinae 50,0 et

Aquae destill. 25,0.

Coque per horae quadrantem, tum filtra et evapora, donec aqua exhalata est.

Glycerina saponata.

Glyceritum Saponis Hebra.

I.

Glycerina saponata mollis.

Rp. Saponis Cocois perfecte neutralis 8,0.

Digerendo solve saponem rasum in Glycerinae 92,0 et in formam aptam infunde.

II.

Glycerina saponata rigida.

Glycerina saponata densior.

Rp. Saponis Cocois perfecte neutralis 20,0.

Digerendo solve saponem rasum in Glycerinae 80,0

et liquorem in formam aptam infusum sepone, ut congelet.

Glycerina saponata kreosotata componitur e Glycerinae saponat. densioris 90,0, Acidi salicylici et Kreosoti ana 5,0.

Glycerina saponata piccata comp. e Glycer. sap. dens. 87,0, Acidi salicylici 3,0, Picis liquidiae 10,0.

Glycerina saponata resorcino-salicylica comp. e Glycer. sap. dens. 90,0, Acidi salicylici et Resorcinae ana 5,0.

Glycerina saponata salicylata comp. e Glycer. sap. dens. 95,0 et Acidi salicylici 5,0.

Glycerina sulfurosa.

Glyceritum s. Glycerinum sulfurosum.

Rp. Glycerinae 85,0

Aquae destillatae 15,0.

In hanc mixturam l. a. induc tamdiu

Acidum sulfurosum gasiforme,

quandiu resorbeatur. Serva in vitris

epistomio vitreo munitis, a luce remotis. *Us.* Ad (penicilli ope) illinendum

epithelium diphtheriticum.

Glyceritum boricum.

Boroglyceritum. Glyceritum Acidi borici. *Boroglycerid. Borglycerin. Barff's Preserving Compound.*

Rp. Glycerinae purae 95,0.

In patinam porcellaneam ingestis et ad calorem 150° C. reductis inter agitationem sensim admisce

Acidi borici pulverati 62,0.

Calorem 140—150° C. tamdiu sustine, quam vapores aquosi evolant, aut donec pondus massae non amplius imminuat. Massam funde in tabulam porcellaneam, Vaseline unctam, tum refrigeratam in tabellas disscinde. Eff. circiter 100,0, constantia ex 41 Glycerylis et 59 Acidi borici.

Sit massa dura, fragilis, diaphana, fractura splendente, coloris paulum flavid. *Usus*: ad vulnera.

Glyceritum boricum liquidum.

Flüssiges Boroglycerid.

Rp. Glyceriti borici
Glycerinae ana P.

Colliquando agitandoque mixta, tum refrigerata funde in lagenam vitream. Sit liquor pellucidus, spissitudinis syrapi. *Medicamen* vulnerarium et desinfiens.

Glycerolatum Acidi carbolic.

Glyceritum parasiticidum. Glycerinum s. Glyceritum Acidi carbolic. Glycerinum phenylatum. *Glycerine of carbolic acid.*

Rp. Acidi carbolic P. 1
Aqua destill. P. 5
Glycerinae P. 20.

In mortario conterantur, donec Acidum solutum fuerit.

Ph. Brit. Acidi carbolic 10 et Glycerini 50. Misce.

Glycerolatum Acidi gallici.

Glyceritum Acidi gallici. Glycerinum Acidi Gallici *Ph. Brit.* *Glycerine of gallic acid.*

Rp. Acidi gallici P. 1
Glycerinae P. 9.

In mortario contritae in patinam porcellaneam transgerantur et leni calore calefiant, ut solutio perficiatur.

Ph. Brit. Acidi gallici 10 et Glycerini 50. Misce calore balnei aquae.

Glycerolatum Acidi tannici.

Glyceritum tannatum s. Tannini. Glycerolatum haemorrhoidale. Glycerinum Acidi tannici s. cum Tannino. *Glycéré de Tannin. Glycerine of tannic acid.*

Rp. Acidi tannici pulv. P. 1
Glycerolati Amyli P. 5.

Conterendo mixtae modice calefiant, ut solutio perficiatur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Acidi tann. 10, Glycerinae 50. Calore misceantur. *Usus.* Ad tamponadam in vaginitide chronica.

Glycerolatum ad Ambustiones recentes.

Glycerolatum anodynum. Vitellum glycerinatum opiatum. *Brandwunden-glycerit.*

Rp. Vitellum Ovi unius
Glycerinae 20,0
Aqua destill. 5,0
Tincturae Opii simpl. 2,5.
Misce exactissime.

Glycerolatum Aloës.

Glyceritum Aloës. *Glycérolé d'Aloës.*

Rp. Aloës pulv. P. 1
Glycerinae P. 10.
M. et solve leni calore.

Glycerolatum aluminatum.

Glycerinum Aluminis *Ph. Brit.*

Rp. Glycerolati Amyli 20,0
Aluminis 1,0.
M. leni calore.
Ph. Brit. Aluminis pulv. 10, Glycerinae 62.

Glycerolatum ambustionum.

Glyceritum Gelatinae. Glyceritum ad ambustiones. *Brandglycerit.*

Rp. Gelatinae albae 100,0
Glycerinae 15,0
Aqua destill. 200,0.

Digerendo solutione peracta, liquorem calori balnei aquae expone, agitationem persequendo, donec agitatione cessante in superficie liquoris cuticula splendens et tenacior procedit. Tum admisce

Acidi carbolici cryst. 3,0
soluta in

Glycerinae dilutae 2,0.

Liquorem in vas porcellaneum infunde. Vas dense clausum conserva.

Ad usum vas calefac, ut massa gelatinosa fluescat, qua ope pennae ambustum illinitur. Hoc modo ambustum cuticula tenaciore obtegitur.

Glycerolatum ammoniacale.

Glycéré ammoniacal.

Rp. Liq. Ammonii caust. 10,0

Glycerinae 40,0.

Misce. Hoc glycerolatum linimento ammoniacali praefertur.

Glycerolatum Amyli.

Glycerinum Amyli *Ph. Brit.* Glyceritum Amyli. *Ungt. Glycerini. Ph. Germ. nov. Glycéré d'Amidon Ph. Gall. Glycerite of starch.*

Rp. Amyli pulv. 10,0

Glycerinae 140,0.

Commixta, in vas porcellaneum ingesta inter agitationem calefac, donec miscela consistentiam gelatinosam accipere incipiat. *Ph. Gall.*

Ph. Austr. Amyli 4,0, Glycerinae 60,0.

Ph. U. St. Amyli 10, Glycerinae 90.

Ph. Brit. Amyli 10, Glycerinae 62,

Aq. 30.

Ph. Germ. nov. Conf. *Ungt. Glycerinae.*

Glycerolatum Atropini.

Rp. Atropini *P. 1*

Glycerinae *P. 250.*

Solve et misce.

Simili modo paretur:

Glycerolatum Morphini acetici.

Glycerolatum Belladonnae.

Glyceritum cum Extracto Belladonnae.

Glycéré d'extrait de Belladone.

Rp. Extracti Belladonnae *P. 1.*

Paululo Glycerinae mixtum misceatur cum

Glycerolati Amyli *P. 9.*

Ph. Gall. Eodem modo parentur:

Glycerolatum Aconiti.

Glycerolatum Conii.

— **Hyoscyami.**

— **Opii.**

— **Stramonii.**

etc. etc.

Glycerolatum Bismuthi.

Glycerite of Bismuth.

Liquor Bismuthi concentratus.

Rp. Bismuthi subnitrici 10,0.

Solve inter agitationem in

[¹] Acidi nitrici (pd. spec. 1,185) 35,0.

Tum adde

Acidi citrici 8,0

soluta in

Aquae destillatae 16,0.

Mixtionem peracta, divide liquorem in partes aequales duas, quarum partem unam commiscee cum

Liq. Ammonii caustici q. s., donec praecipitatum inde statim exortum resolutum fuerit. Paulo post Aquae destillatae 500,0 addendo liquorem dilue. Quo facto admisce partem dimidiam alteram sepositam et fortiter agita, tum sepone mixturam per horas decem. Praecipitatum exortum in filtro collige et affundendo Aquam destillatam tandiu elue, donec a filtro aqua ab Acido nitrico plane libera defluere inceperit. Hoc praecipitatum elutum solve in

Liq. Ammonii caustici q. s., tum hanc solutionem calore balnei aquae evapora, donec pondus liquoris ad grammata triginta (30,0) redactum fuerit. Huic liquori admisce

Glycerinae purae 30,0.

Si mixtura turbida est, filtra. Si hoc Glyceritum sine mora ad usum praeparare vis, hoc modo sequente age:

Rp. Bismutho-Ammonii citr. 15,0.

Contere cum

[²] Aquae destillatae 20,0

Glycerinae 15,0

Liquoris Ammonii caustici

q. s.,

ut solutio limpida et neutralis efficiatur, quam leni calore evaporando ad pondus 45,0 g redactam miscee cum

Glycerinae 15,0.

(*Nat. Form.*)

Glycerolatum boracinum.Glyceritum Boracis. Glycerinum Boracis *Ph. Brit.*Rp. Boracis pulv. P. 1
Aquae destillatae P. 1
Glycerini P. 8.

Leni calore fiat solutio.

Ph. Brit., Ph. Neerl. Boracis 10, Glycerinae 50, Aq. 20.**Glycerolatum boro-tannicum.**

Glyceritum Acidi borici et Tannini.

Rp. Acidi borici pulv. 5,0
Acidi tannici 10,0
Glycerinae 100,0.

Calore modico digere, saepius agitando, ut solutio efficiatur.

Glycerolatum cathaereticum Graefe.*Glycérolé cathérétique.*Rp. Cupri sulfurici pulv. 1,0
Glycerolati simplicis 50,0.

M. Ad ligamina ulcerum seditiosorum vel contra ulcerationes rebellantes.

Glycerolatum Chloroformii.

Glycerina chloroformiata.

Rp. Chloroformii 10,0
Glycerinae 90,0.
Agitando misce.**Glycerolatum Collodii.**Rp. Collodii P. 15
Glycerinae P. 20.
Misce.**Glycerolatum dentitionis.**

Glycerolatum contra odaximum infantum.

*Mittel gegen das schmerzhaftes Jucken des Zahnfleisches der zahnenden Kinder.*Rp. Glycerinae 10,0
Aquae destillatae
Chloroformii
Tincturae Croci aa Gutt. 10.

M. Ad usum guttae monnullae gingivae infricantur.

Glycerolatum emplasticum.

Emplastrum Glycerinae.

Rp. Amyli triticei P. 5
Aquae destill. P. 3
Glycerinae P. 15.

Bene mixtae calore balnei vaporis per horam unam digerantur.

Glycerolatum gelatinosum.Rp. Tragacanthae pulv. P. 3
Aquae Calcariae P. 30
Glycerinae P. 10
Aquae Rosae P. 25
Olei Amygdal. aeth.
Olei Naphae aa P. 1/2
Tincturae Benzoës P. 1.
Misce l. a. (Cosmeticum).**Glycerolatum Hydrastis.**

Glyceritum Hydrastis.

Rp. Rhizomatis Hydrastis Canadensis 100,0.

In pulverem grossiusculum reductis affunde

Spiritus Vini (90%) 50,0.

Pulverem Spiritu permadefactum seponere per diem unum, tum Spiritum affundendo ope percolationis perfecte exhauri. Liquori percolato adde

Aquae destillatae 25,0
et destillando liquorem a Spiritu libera. Quo facto, liquori residuo adde
Aquae destillatae q. s.,
ut mixtura per diem unum seposita, deinde filtrata 50,0 g expleat. Huic liquori admisce

Glycerinae 50,0.

*Nat. Form.***Glycerolatum jodatum.**Rp. Jodi P. 1
Kalii jodati P. 5.
Solve leni calore in
Glycerinae P. 95.Recens paretur. *Us.* Ad ligamina.**Glycerolatum jodatum acre.***Glycérine jodée mordante.*

Rp. Jodi puri 5,0

Glycerinae 12,5

Spirit. Vini absoluti 2,5.

M. D. S. Corrodens (contra lupum).

**Glycerolatum
jodocarbolicum**
(Mandl).

Rp. Acidi carbolicum

Jodi aa 0,5

Kalii jodati 1,0

Glycerinae 50,0.

Misc. et solve. S. Ad pharyngitis
illitum (pharyngitis granulosa).

**Glycerolatum Kalii
jodati.**

Glyceritum Jodureti potassici.

Glycéré d'Iodure de Potassium.

Rp. Kalii jodati 5,0.

Solutas in

Aquae destillatae 5,0

miscantur cum

Glycerolati Amyli 30,0.

Ph. Gall. Kalii jodati 4,0; Aquae destill. 4,0, Glycerolati Amyli 22,0.

Glycerolatum Kreosoti.

Rp. Glycerinae P. 85

Kreosoti P. 5

Spiritus V. rectfss. P. 10.

Misc.

Glycerolatum leniens.

Hautglycerit.

Rp. Glycerinae 25,0

Aquae destill. 100,0

Boracis 2,0

Olei Rosae *Gutt.* unam

solutam in

Spiritus Vini 3,0.

M. *Usus*: Ad cutis et epidermidis
illitum (excoriationes, fissuras cutis, ec-
darsin, intertriginem etc. sanandum).

Glycerolatum martiatum.

Glyceritum cum Ferro sesquichlorato.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati
P. 5

Glycerini P. 45.

Misc. In diphtheritide adhibetur.

Glycerolatum odoratum.

Rp. Olei Bergamott. *Gutt.* 10Olei Melissae Ostind. *Gutt.* 5— Naphae *Gutt.* 2

Spiritus V. rectf. 10,0

Glycerinae 90,0.

Misc. Ad usum cosmeticum.

**Glycerolatum
ophthalmicum.**

Glycérolé ophthalmique (von Holsbeck).

Rp. Hydrargyri oxyd. rubri 0,1

Opii pulv. 1,0

Glycerinae 120,0.

Misc.

Glycerolatum Pepsini.

Glyceritum Pepsini. *Pepsin-Saft.*

Rp. Pepsini concentrati 25,0.

In pulverem subtiliorem contrita
misc. cum

Aquae destillatae 430,0

Acidi hydrochlorici (pond.
spec. 1,185) 15,0

Glycerinae 500,0

Spiritus Vini 50,0.

Mixture in lagenam ingesta per dies
tres ad quinque seponatur et saepius
agitetur, a luce solis remota, postremo
filtretur. Filtratam 1000,0 g ex-
pleat. *Dosis*: 2,0—4,0 g cum Vino
20,0—30,0 g commixta. *Nat. Form.*

**Glycerolatum
phenylatum**

Lawrencei.

Carbolated Glycerin.

Rp. Acidi carbolicum cryst. P. 1

Glycerinae P. 9.

Misc.

**Glycerolatum Picis
liquidae.**

Glycéré de Goudron.

Rp. Picis liquidae P. 1

[¹] Glycerinae P. 5.

M. leni calore et cola.

Rp. Picis liquidae depurat. P. 1

[²] Glycerolati simplicis P. 3.Misc. exacte. (In pruritu.) *Ph. Gall.*

Glycerolatum simplex.

Glyceritum Tragacanthae. Glycerinum
Tragacanthae *Ph. Brit.* Unguentum
Glycerini *Ph. Germ. vet.*

Rp. Tragacanthae sub. pulv. 10,0.
Commixta cum
Spiritus vini rectifs. 50,0
immitte in
Glycerinae 500,0.

Calore balnei aquae inter agitationem
calefac, donec massa diaphana aequa-
bilis, spissitudinis unguinosae effecta
fuerit. *Ph. Germ. vet., Fenn.*

Ph. Brit. Tragacanth. 3, Glycerin.
15, Aquae 2.

Glycerolatum Sinapis.

Sinapismus glycerinatus.

Rp. Glycerinae 49,0
Olei Sinapis aeth. 1,0.
Misc.

**Glycerolatum contra
strumam**

(Michalowskii).

Rp. Saponis medicati pulv. 5,0
Kalii iodati 10,0
Aquae destill. 10,0
Glycerolati odorati 75,0.
Misc.

**Glycerolatum
sulfuratum.**

Glyceritum sulfuratum.

Rp. Sulfuris sublimati loti *P. 1*
Glycerolati simplicis *P. 4*.
Misc. *Ph. Gall.*

Glycerolatum thymicum.

Glyceritum Thymoli.

Rp. Acidi thymici 1,0
Glycerolati simpl. 100,0.
Misc. *Us.* Ad vulnera gangrae-
nosa, putrida. Ad ligamenta.

**Glycerolatum vitelli-
natum.**

Glyconina. Glyconium Glyceritum
Vitelli ovi. *Glycerite of Yolk of egg.*

Rp. Vitellum Ovi gallinacei ma-
joris unius

Glycerinae 30,0.

Misce.

Ph. U. St. Vitelli 45,0 et Glyceri-
nae 55,0.

Usus. Ad illitum cutis sauciatae,
adustae, papillae mammae, partis ery-
sipelate correptae. Praeparato vis an-
odina Opio admixto redditur. *Conf. Gly-
cerolatum ad Ambustiones re-
centes, pag. 347.*

Glycerolatum Zinci.

Glyceritum Oxydi zinci.

Rp. Zinci oxydati 10,0
Glycerolati Amyli 20,0.
Misc. *Ph. Gall.*

Glycyrrhizina.

Acidum glycyrrhizinicum. *Süssholz-
zucker.* $C_{44}H_{63}NO_{18}$.

Rp. Succii Liquiritiae crudi q. v.
In frustula diffractum in percolato-
rium vel cribrum e lamina ferrea stan-
nata effectum immitte, quod in aquae
frigidae copiam octuplicem eo modo
immerge, ut aqua succum centimetro
uno superet. Haec aqua sit antea com-
mixta cum

Liq. Ammonii caust. (10%)
parte vicesima ponderis succi Liquiri-
tiae. Sepone per dies tres vel quatuor,
donec pars solubilis succi in aquam
plane transierit.

Percolatorio eoque, quod continet,
demptis, liquori inter agitationem im-
misc.

Plumbi acetici

in aqua soluti q. s., ut hoc sal prae-
valeat. Tum liquorem per horae qua-
drantem agitatum sepone per dies duos
deinde sedimentum exortum in filtro
collige et medioeriter aqua elue. Hoc
sedimentum adhuc humidum cum aquae
volumine triplice dilutum in balneum
aquae ad 70° C. calefactae impone.
Tum adde inter agitationem

Ammonii sulfurici

in aqua soluti eam quantitatem, ut hoc
sal praevaleat (post horam dimidiam
reactione Baryi chlorati vel Plumbi
acetici cognoscendum). Miscelam per
horae quadrantem hoc calore agitatum
in filtrum immitte et massam in filtro
remanentem aqua calida (60° C.) elue.
Liquori filtrato, perfecte pellucido,

glycyrrhizinatam ammonicum solutum continenti, inter agitationem immisce

Acidi acetici q. s.,
ut hoc acidum valde praevaleat. Tum sepone per diem loco frigido, ut liquor sedimentum demittat, quod, liquore limpido decanthato, in filtro collige, aqua ablue et in vas vitreum transgestum loco tepido sicca. Centenae partes succi Glycyrrhizinae partes circiter septem vel octo praebent.

Glycyrrhizina ammoniacalis.

Glycyrrhizinum ammoniatum. Glycina.
Glycine.

Rp. Radicis Liquiritiae grosse pulv. 100,0.

In vas deturbatorium injecta misc cum

Liq. Ammonii caust. (10%) 6,0 dilutis

Aquae destill. 100,0.

Post diem unum affunde

Aquae destill. q. s.,

donec percolando 500,0 g collegeris.

Liquori huic inter agitationem adde

Acidi sulfurici diluti q. s.

ad praecipitationem. Praecipitatum in filtrum ingestum aqua eluendo ab Acido sulfurico libera, deinde in

Aquae destill. 100,0

Liq. Ammonii caust. q. s.

solve, tum filtra. Liquori huic inter agitationem instilla

Acidum sulfuricum dilutum quamdiu praecipitatum efficitur. Hoc praecipitatum aqua frigida ablue et denuo in parva copia mixturae paratae ex

Aquae destillatae et

Liq. Ammonii caustici ana P.

solve, deinde in laminas vitreas transfer et loco vix tepido sicca, ut massam in lamellulas transformata colligere possis. Efficiuntur e partibus 100 radicis partes sex ad septem Glycinae.

Sint lamellulae tenues, saporis dulcis, odore carentes.

Gossypium Aluminio chlorato satiatum.

Chloralum Wadding.

Rp. Gossypii depinguinati 100,0

Aluminii chlorati soluti 150,0.
Inter pressionem commisceantur, tum post horas tres massa diducta siccetur. Vulnere desinfiens.

Gossypium antarthriticum.

Dr. Pattison's Gichtwatte.

Rp. Ligni Santali rubri P. 10

Benzoës 2

Balsami Peruviani $\frac{1}{2}$

Spiritus Vini alcohol. P. 50.

Digere, exprime et filtra. Liquore lana gossypina tabulata notae vilioris (*Watte geringerer Art*) oblinatur. D. in chartam. S.

Gichtwatte des Dr. Pattison.

Diese nach langjährigen Erfahrungen bereitete Gichtwatte ist ein sehr bewährtes, schnelles und sicheres Heil- und Präservativmittel gegen akute und chronische Gicht und Rheumatismen aller Art, als gegen Gesichtsschmerz, Brustschmerz- Hals- und Zahnschmerzen, Kopf-, Hand- und Kniegicht, Seitenstechen, Gliederreissen, Rücken- und Lendenweh u. s. w. Pattison.

Gossypium aromaticum.

Sagena aromatica. *Aromatische Watte.*

Rp. Camphorae P. 10

Balsami Peruviani

Olei Caryophyllorum

Olei Citri corticis

Olei Sassafras aa P. 1

Mixturae oleosae balsamicae P. 5

Liquoris Ammonii caustici

spirituosi P. 10

Spiritus V. rectfss. P. 30.

Misce.

Hac mixtione lana gossypina tabulata conspergatur.

Gossypium depinguatum.

Gossypium depuratum. *Gereinigte oder entfettete Baumcolle. Absorbent Cotton.*

Rp. Gossypii venalis 1000,0.

Superfunde

Aquae fervidae 3000,0,

in quibus soluta sunt

Natri carbonici cryst. 300,0
Natri caustici 30,0.

Agita per horae quadrantem, tum aqua ablue, exprime et sicca.

Gossypium haemostaticum.

Gossypium stypticum. *Blutstillende Baumwolle. Styptic Cotton.*

Rp. Lanuginis Gossypii bene carminatae P. 10.

Abluantur primum Natri carbonico, aquae calidae vigintupla copia soluto, deinde aqua communis, postea siccantur. Lanuginem hoc modo depuratam et siccam liquore miscendo parato e

Liquoris Ferri sesquichlorati 25,0

Glycerinae 5,0

Spiritus V. rectfss. P. 10

madefac et discerptum loco tepido, aëri pervio sicca. Serva in vitris bene obturatis, ne madescat, et a luce remotis.

Gossypium jodatum.

Xylon jodatum. *Coton jodé.*

Rp. Kalii jodati P. 2.

Solve in

[1] Glycerinae P. 16 et

Spiritus V. rectfss. P. 4.

Dein adde

Jodi P. 1

et agita, donec solutio perfecta fuerit. Hoc liquore

Gossypii carminati P. 15, immiscae in mortarium porcellaneum, depresso exactissime irrorentur. Quo facto gossypium divulsum per diem unum loco aëri pervio seponatur et hoc modo siccatur in ollis clausis servetur (*Greenhalgh*).

Rp. Gossypii albi depurati 25,0

[2] Jodi subtilissime pulverati 2,0.

Pulvis jodicus per gossypium perspergatur, tum in vitrum epistomio vitreo claudendum, capacitatis litrae unius, ingeratur. Vas apertum loco calido seponatur, ut aër maxima ex parte evadat, tum operculo clausum loco seponatur, ut calore circiter 100° C. per horas duas gossypium Jodo percutiatur et cellulosa Jodum apponatur. *Ph. Gall.*

Hager.

Gossypium jodoformiatum.

Jodoformwatte.

Rp. Gossypii depurati q. v.

Comprime et irriga liquore solvendo parato e

Jodoformii P. 1

Spiritus Vini absoluti

Aetheris aa P. 5—7.

Tum gossypium irrigatum dissuatur et aëri exponatur. Siccatur in ollis porcellaneis servetur. Quantitas Jodoformii a medico destinatur. Volumina gossypii compressi et liquoris fere aequalia sint.

Gossypium otalgicum.

Watte gegen Ohrensmerz.

Rp. Lanuginis Gossypii carminatae 10,0.

Madefac liquore miscendo parato e

Camphorae 10,0

Morphini acetici 0,3

Spiritus V. rectfss. 25,0

Glycerinae 5,0.

Seponere discerptam lanuginem per horam dimidiam loco tepido et serva.

Usus: Ad globulum portiuncula compressa in meatum auditorium ingeritur.

Granula

Ph. Germ.

Granüle. Körnchen.

Rp. Sacchari lactis 40,0

Gummi Arab. 10,0.

Subtilissime pulverata misce cum quantitate sufficiente mixturae miscendo paratae e

Syrupi Sacchari 10,0 et

Glycerinae 1,0.

Massam in globulos ponderis circiter gramm. 0,04 vel 0,05 transforme.

Substantia medicamentosa fluida vel soluta illi massae e Saccharo lactis et Gummi Arabici commixtae immiscenda est, antequam globuli vel granula formantur. Consersio granulorum e massa indifferente paratorum tantummodo permittitur, si loco granulorum Saccharum granulatum (*Streu-kügelchen, Sucre sable, granulé*) in usum veniunt. *Ph. Germanica.*

Granula minima interdum Granu-

laria, Granulina, *Granulins*, nominantur.

Granula medicamentosa singula, cum corporibus venenosis combinata, continent 0,0001 vel decimilligramma unum corporis medicamentosi, uti

Granula Acidi arsenicosi

- Aconitini
- Atropini
- Digitalinae
- Morphini salis
- Strychnini salis.

Granula Acidi arsenicosi.

Granula arsenicalia.

Rp. Acidi arsenicosi 0,1

Sacchari lactis 4,0

Gummi Arabici 1,0

Mellis despumati q. s.

Terendo partes siccae misceantur, ut pulvis subtilissimus obtineatur, qui cum melle contusus in massam pilularem transducatur. Massam hanc in granula centum transforma, quae argento foliato obducantur. *Ph. Gall.*

Dosis: 1—2—3 granula bis quaterve per diem. *Dosis maxima* granula quinque, pro die granula viginti!!

Usus: in psoriasi, chorea, neuralgia, febris intermittente gravi.

Aequali modo parentur:

Granula Atropini

- **Digitalini**
- **Hyoscyamini**
- **Morphini**
- **Strychnini.**

Graphites depuratus.

Rp. Graphitae Anglici laevigati
P. 6.

Coque in

Aquae communis q. s.

per horam unam. Tum, aqua decanthando separata, affunde

Acidi nitrici crudi

Acidi muriatici crudi *aa* P. 1

Aquae P. 4.

Digere per 24 horas et saepius agita. Dein, liquore decanthato, massam residuam aqua diligentissime ablue et sicca.

Guajacolum.

($C_6H_4 \cdot OCH_3 \cdot OH$). *Guajacol.*

Rp. Kreosoti veri q. s.

Destillationi subjice calore balnei arenae. Liquorem calore 190—208° C. transeuntem collige. Hujus liquoris partes centum (100) cum

Liquoris Ammonii caustici
(10 %) P. 400

Aquae destillatae P. 200

inter agitationem commisce, tum loco frigido sepone et post horas duodecim liquorem aquosum defunde. Haec agitatio et mixtio cum liquore ammoniacali repetatur. Liquorem oleosum denuo destillationi subjice, liquorem calore 195—205° transeuntem colligendo, quem cum

Aetheris aethylici

pondere aequali misce, per diem loco umbroso sepone, deinde, si opus fuerit, per linteam fundendo cola. Huic liquori aethereo inter agitationem admisce liquorem solvendo paratum e

Kali caustici P. 10 et

Spiritus V. (96—98 %) P. 25,

donec liquor hic causticus valde praevalcat. Deinde miscelam loco frigido umbrosoque sepone. Massam crystallinam nunc secretam contunde et Aethere ablue, tum in copia minore

Spiritus vini absoluti

calidi solve et loco frigido umbrosoque sepone, ut massa soluta denuo in crystallam transeat, quae solutio atque crystallisatio bis repetantur, donec crystallae fere decoloriae colligantur, quae terendo in pulverem grossum redacta misce cum

Acidi sulfurici diluti (10 %) P.

ea quantitate, ut Acidum valde praevalcat. Liquorem oleosum disjunctum collige, aqua ablue et seponendo loco tepido ab aqua adhaerente plane liberatum in lagenis obturatis, a luce semper remotis conserva.

Sit liquor limpidus, decolor vel fere decolor, odoris jucundi aromatici, calore 200° C. ebulliens, *pd. sp.* 1,117—1,121, qui cum volumine duplo Benzinae Petrolei conquassatus loco frigido maxima ex parte se secerit.

Dosis: 0,03—0,06—0,1 ter quaterve per diem. *Dos. maxima:* 0,1, pro die 0,5!! (Phthisis, tuberculosis, gastralgia, dysenteria).

Gummi Arabicum artificiale.

Gummi Mimosae arte factum.

Rp. Gummi Cerasi q. v.

A fragmentis corticeis liberatum, tum in pulverem grossum redactum aqua frigida celeriter eluatur, et statim

Aquae fervidae

volumine triplo superfundatur, deinde sepositum saepius agitur. Liqueor defusus evaporando ad siccum redactus Gummi Arabico aequalis est.

Massam gelatinosam residuum Gummi Cerasi (calcium ceresinicum) miscum cum liquore fervido, parato ex

Aquae destill. 1000,0

Natri caustici 10,0

Natri carbonici cryst. 25,0,

ut volumina massae gelatinosae et hujus liquoris aequent. In balneo aquae impone et saepius agita, donec massa gelatinosa liquefacta et in liquorem aequabilem transacta fuerit. Hic liquor aqua dilutus filtretur, tum evaporando in liquorem spissum transactus et laminis porcellaneis vel vitreis illitus loco modice calido exsiccetur.

Si liquor gummosus colorem fuscum assumpsit, carbone lignoso tractandus est.

Gummi-resina**Ammoniacum depurata.**

Gummi Ammoniacum expurgatum.

Rp. Gummati Ammoniaci contusi q. v.

Spiritus Vini diluti (60%) q. s.

Macerando solve, cola et calore balnei aquae evapora, ut massa palpabilis tenaxque efficiatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo depurentur:

Gummi-resina Asa foetida**Galbanum.****Gutta-Percha depurata.**

Rp. Guttae Perchae P. 10.

Aquae ferventis ope mollitis et in frustula parva dissectis affunde

Chloroformii P. 40—50

Aquae destill. P. 3.

Per aliquot dies sepone et saepius agita. Tum sepone per biduum, ut

quisquiliae surgant. His supernatantibus ope cochlearis amotis, solutionem limpida (si opus est, per gossypium filtratam) in vesicam destillatoriam (melius in congestorem vaporarium) infunde et,

Aquae Partibus 5

additis, Chloroformium ex balneo vaporis destillando abstrahe. Hoc facto, residuum e vesica destillatoria exime et in magdaleones tenues malaxa. Efficiuntur P. 7,5. Servetur in Aqua destillata.

Gutta-Percha incarnata.

Paretur uti Gutta Percha depurata eo discrimine, ut solutioni chloroformosae e Guttae Perchae partibus 1000.

Carminii rubri P. 1

ante destillationem addatur, tum sine mora destilletur, ne Carminium residat.

Guttae**alcalinae Hamiltonii.**

Solutio Kali carbonici Rosensteini.

Rp. Kali carbonici P. 5

Aquae destillatae P. 100.

Solve et filtra.

Guttae amarae Baumei.*Gouttes amères de Baumé. Teinture de Baumé.*

Rp. Fabarum St. Ignatii raspatarum 50,0

[1] Kali carbonici 1,0

Fuliginis splendentis 0,25

Spiritus Vini rectif. 500,0.

Macera per aliquot dies, exprime et filtra. *Dosis:* Guttae 10 vel 20 in tormentis hypogastricis, colica abdominali.

[2] Fabarum St. Ignatii raspat. P. 500 (!)

Kali carbonici P. 5

Fuliginis splendentis P. 1

Spiritus V., pd. spec. 0,924, P. 1000.

Macera per dies decem, exprime et filtra. *Ph. Gall. Dosis:* Guttae duae ad octo.**Guttae****anodynae Grindlei.**

Guttae contra tussim.

Rp. Morphini acetici 0,15

23*

Acidi acetici diluti Gutt. 10
 Spiritus Vini rectfss. 5,0
 Aquae destill. 20,0.

Solve et misce.

Dosis: Guttae 10 vel 20 contra tussim catarrhalem et chronicam. Medicamentum in Anglia diplomate concessum.

Guttae antarthriticae.

Rp. Tincturae Colchici 5,0
 Tincturae Opii 2,0
 Kalii jodati 2,5
 Tincturae Guajaci ligni 20,0.

Solve et misce. *Dosis:* Guttae 25—30—40 ter quaterve per diem.

Guttae antasthmaticae

v. Bamberger.

Rp. Tinct. Lobeliae
 — Digitalis \widehat{aa} 5,0
 Aquae Lauro-Cerasi 10,0.
 Misc. *Dosis:* Semel in hora guttae viginti quinque (25).

Guttae antepilepticae

Barnes.

Rp. Zinci oxydati 1,0
 Acidi phosphorici (20%) 10,0.
 Mixtis adde
 Tincturae Chinae 15,0.
Dosis: Guttae 20—30—40 bis terve per diem (in vinum infusae).

Guttae antepistaxicae

Osborn.

Rp. Mangani chlorati 5,0
 Spiritus diluti 20,0.
 Solve. D. S. Quovis quadrante horae guttae 10—15 cum aqua saccharata (epistaxis gravis, *heftiges Nasenbluten*).

Guttae antihystericae.

Tinctura antihysterica.

Rp. Tinct. Asae foet. 10,0
 — Valerianae
 — Castorei Canad. \widehat{aa} 5,0
 — Opii 2,0.
 Misc. *Dosis:* Guttae 25 vel 30 ter quaterve per diem.

Guttae antiscorbuticae.

Rp. Tincturae Chinae cort. 20,0

Tincturae Ferri acetici 10,0
 Acidi citrici 1,0
 Glycerinae 10,0.

Solve et misce. *Dosis:* Guttae 30—40—50 ter quaterve per diem unum, etiam gingiva inde interdum illinitur.

Guttae antiscorb. Spilsburyi, medicamen in Anglia diplomate concessum, paretur macerando filtrandoque ex Hydrarg. bichlorati corros. 0,5; Sulfuris Antimonii aurati 0,3; Rad. Gentianae, Cort. Aurant., Ligni Santali rubri \widehat{aa} 0,5; Spirit. Vini rectfss. et Aquae \widehat{aa} 25,0.

Guttae cordiales

Warneri.

Rp. Foliorum Sennae P. 10
 Fructuum Coriandri
 Fructuum Foeniculi \widehat{aa} P. 5
 Coccionellarum
 Succu Liguiritiae
 Croci \widehat{aa} P. 2
 Passularum minorum P. 150
 Aquae communis
 Spiritus V. rectf. \widehat{aa} P. 500.
 Digerendo fiat tinctura, quae filtratur. *Dosis:* duo vel tria cochlearia semel uno die.

Guttae emphracticae.

Essentia viatorum.

Krampftropfen. Reisetropfen.

Rp. Tinct. Opii simpl.
 Tinct. Strychni \widehat{aa} 1,5.
 M. D. S. Guttae 10—15—20 cum saccharo.
Usus: Subita valetudine correptus guttas sumat. Contra diarrhoeam, dolores ventris, hemicraniam, myocephalidem, colicam flatulentam, spasmata.

Guttae Fowleri perlatae.

Globuli arsenicales Fowleri.

Rp. Acidi arsenicosi 1,0
 Kalii carbonici 1,0
 Gummi Arabici 20,0
 Sacchari albi 30,0
 Aquae destill. 50,0
 Spiritus Melissaes 5,0.
 M. l. a., ut fiat massa, quae leni calore ad 100,0 redigatur, ex qua guttae perlatae formentur.

Guttae Jesuitarum.

Elixir antivenerum Walkeri.

Jesuitertropfen.

- Rp. Resinae Guajaci P. 20
Ligni Sassafras P. 15
Balsami Peruviani P. 1
Spiritus V. rectif. P. 100.

Digere et filtra. *Dosis:* Cochlear parvum cum aqua saccharata saepius per diem unum. Medicamen in Anglia diplomate concessum.

**Guttae
ad menstrua tormentosa
Rademacheri.**

- Rp. Tincturae Strychni sem.
Tincturae Castorei Canad. aa
10,0.

Misce. *Dosis:* Guttae viginti quinque (25) quaque tertia hora, in dysmenorrhoea.

Guttae odontalgicae

Bernatzik.

Zahntropfen.

- Rp. Morphini 0,1
Acidi acetici Gutt. 3.
Solve calore leni in
Spiritus Vini 2,0.
Tum admisce
Chloroformii 8,0.

S. Gutta una cum gossypii mica in dentem cavum imprimatur. In cardialgia, gasteralgia guttae 20—30 cum saccharo sumantur.

**Guttae odontalgicae
camphoratae.**

Feytonia.

- Rp. Camphora P. 10.
Solve in
Olei Cajeputi P. 20
Chloroformii P. 40
Olei Caryophyllor. P. 1.

Usus: Aut ad infricandum, aut in dentem cariosum ope gossypii paululi ingeritur.

**Guttae
odontalgicae Rustii.**

- Rp. Olei Caryophyll. 2,0
Spiritus aetherei 6,0
Tincturae Opii simpl. 3,0.

M. Ope gossypii paululi guttulae nonnullae denti carioso ingerantur.

Guttae Pointianae

contra gonorrhoeam secundariam.

- Rp. Balsami Copaivae 18,0
Spiritus Vini rectfss.
Olei Terebinth. aa 3,0
Olei Menthae pip. 0,5.

M. D. S. Quater per diem unum gutt. 40—50 in aqua saccharata.

**Guttae contra Vomitum
gravidarum**

Kroyheri.

- Rp. Aquae Lauro-Cerasi 5,0
Tincturae Strychni sem. 1,0.
Misce. *Dosis:* Guttae decem cum saccharo mane et vespere.

Guttulae Durandi.

Aether terebinthinatus. Mixtura Durandi (s. Whittii) contra calculos felleos.

- Rp. Olei Terebinth. rectf. 7,5
Aetheris 30,0.

M. S. Mane et vespere Gutt. 15—30 in aqua saccharata.

Praescriptio Rademacheri.

- Rp. Olei Terebinthinae 2,0
Spiritus aetherei 30,0.

M.

Guttulae lithonripticae

Palmierii.

Liquore lithonriptico di Palmieri.

- Rp. Aquae communis P. 50
Picis liquidae P. 10
Sulfuris sublimati P. 3.

Coque inter agitandum per semihoram, sepone et decantha. Remedium contra calculos et affectiones morbosas renium laudatum. *Dosis:* 15 vel 20 Guttae pluries per diem.

Hamamelina.

Hamamelidina.

- Rp. Extr. Hamamelis fol. 10,0.

Solve in

- Spirit. Vini rectfss. 30,0
Aquae destill. 5,0.

Liquorem filtratum loco calido evapora ad massam siccam, quam in pulverem contritam in lagena dense clausa serva. Adstringens. *Dosis:* 0,05—0,1—0,2.